



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

P. Abatti Praemonstrat. & ceteris ejusdem ordinis Abbatibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

ad verbum facultatem; excepto quod ubi superioris dictum est canonicare, hic dicitur sine fratribus assensu monachare; & cum antiqua sit ipsius Ecclesiae &c. usque in finem ut supra. Nullis literis &c. ut supra. Datum &c. vi. Kalend. Iunij.

*ABBATI ET FRATRIBVS
Præmonstratenibus.*

*Epiſt. 196.
Vt disciplina obseretur, &
quod Pontifex eam non velit
mutare.*

VSQUE adeo nos & prædecessores nostros flagrans religionis vestrae fama respersit, ut odore syncerae opinio- nis vestrae in Domino delectati, super his quæ à vobis in communi Abbatum vestri ordinis Capitulo statuuntur, nisi vel honori nostro vel justitiae apertius obviant, nullatenus dubitemus quin ad ea se- cundum Deum & statuta vestra recte ac rationabiliter procedatis. Sanè cùm præ- predecessoris nostri Romani Pontifices ordini vestro privilegium indulserint speciale & speciali semper gratia vos fuerint prosecuti, in his quæ ad correctionem fra- trum vestrorum pertinent vos non inten- dimus aggravare quominus in delin- quentes exerceatis liberè canonicam di- sciplinam. Præsentatae siquidem nobis fuerunt ex parte vestra binæ literæ, à sede apostolica diversis temporibus impetra- te: in quarum primis bonæ memorie Celestinus Papa prædecessor noster sen- tentiam quam in Balduinum & Hugo- nem ejus socrum tuleratis ratam habens & volens inviolabiliter observari, vobis mandabat ut neutrum eorum admittere- sis ad consortium vestrum, præter man- datum sedis apostolicae speciale, nisi for- san in tantum ad vos in corde contrito & spiritu humiliato accederent, quod eorum postulatio vobis videretur miseri- corditer admittenda. In aliis vero uni- versitatib[us] mandavit ut memoratum Balduinum, nulla facta mentione de ordi- nis disciplina, in vestrum consortium admittere nullatenus differretis. Quia vero (sicur vestrae literæ continebant) in ejectione prædictorum B. & H. & fau- torum eorum exulavit à vobis scandu- lum, & pax inter vos & concordia plena regnavit, ne ex receptione talium con- cordia vestra turbetur, quid de his vel aliis quos secundum statuta vestri ordi- nis à vestro confortio amovistis, vel du- xeritis in posterum amovendos, statuen- dum fuerit, vestrae discretioni relinquimus; ne per nos rigor vestri ordinis ener- getur. Ad hæc, vobis auctoritate aposto-

lica indulgemus, ut si pro receptione ali- cujus, qui à vobis ejectus fuerit, literas vobis apostolicas duxerimus destinan- das, eum nullatenus recipere teneamini, nisi literis nostris expressum fuerit, salva ordinis disciplina. Datum &c. ut supra, v. Idus Maij.

*P. ABBATI PRÆMONSTRAT.
& ejusdem ordinis Abbatibus.*

QUAE in favorem religionis ad sub- trahendam dissolutionis materiam sunt providè instituta, firma debent & il- libata servari, & ne infringi valeant, apostolico præsidio communiri. Signifi- casti siquidem nobis quod communi con- filio Abbatum vestri statuistis quod nullus Abbatum vestrorum mitra vel chirothecis utatur, ne forsan ex ipsis supercilium elationis assumat, aut sibi videatur sublimis, cùm his uti se viderit quæ Pontificibus & majoribus Ecclesia- rum Prælatis à sede apostolica sunt con- cessa. Nos igitur institutionem ipsam, sicut à vobis providè facta est & recepta, auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagina communimus; statuentes ut si qua forsan Ecclesia laxioris ordinis vestram voluerit regulam pro- fiteri, hujusmodi pontificalibus, etiamsi ea prius habuerit, ulterius non utatur, immo potius humilitatem servet, & in ea statuta vestri ordinis imitetur. Præ- senti quoque institutioni adjicimus quod nullus frater vestrorum ad apostoli- cam sedem accedens, vel recedens ab ip- sa, vel alias, incedat in habitu seculari, nisi evidens hoc necessitas postularit. In-hibemus præterea ne quis contra statuta generalis Capituli, sive in habitu, sive in uniformitate officij, seu etiam in tempo- ralibus, temerè venire præsumat, quod si quis præsumperit, regulariter punia- tur. Nec aliquis assumat honorem, ad quem fuerit forsan electus, sine licentia vel præcepto illius cui obediare tenetur, nisi fortè ipse sibi eam malitiosè præsum- perit denegare, ut tandem pro licentia obtinenda majori liceat supplicari. Nulli ergo &c. Datum &c. iv. Idus Maij.

*Epiſt. 197.
Confirmatur
constitutio,
quod Præmon-
stratenſes non
debeant uti ini-
tria & chiro-
thecis.*

*P. ABBATI PRÆMONSTRAT.
& ceteris ejusdem ordinis Abbatibus.*

CVM à nobis petitur &c. usque ad verbum effectu. Significasti siqui- dem nobis quod ad implendum illud apostolicum ab omni specie mala abstine-

*Epiſt. 198.
Confirmatur
constitutio
quod Præmon-
stratenſes con-*

O ij

versas recipere vos, ad reprimendum osloquentium ini-
non teneantur, qua, qui detractionibus gloriantur, &
nec bona sua alienare pos-
sunt.

ad reprimendum osloquentium ini-
non teneantur, qui detractionibus gloriantur, &
nec bona sua alienare pos-
sunt. opinionem justorum nituntur multipli-
citer infamare, olim in communi Capitu-
lo statuistis, & postmodum sub in-
termitione gravis pœna sacerdos innovatis, ut nullam de cetero in foro rem
recipere teneamini, vel conversam, præ-
sertim cum ex hoc aliquando incommo-
da fueritis multa perpepsi. Nos igitur in-
stitutionem ipsam, sicut de communi
consilio Abbatum ad commune Capitu-
lum convenientium provide facta fuit,
auctoritate apostolica confirmamus, &
præsentis scripti pagina communimus.
Ad hanc adjicimus, ne aliquis Abbas vel
Conventus possessiones Ecclesiarum ve-
stri ordinis præter assensum generalis
Capituli vendere audeat, vel sine patris
Abbatis licentia commutare. Nulli er-
go &c. Datum &c. 111. Idus Maij.

DECANO, CANTORI,
& magistro P. Canonico. Remen.

Epi. 199.
Vt ablam
contumeliosè
equum Abbati
restituí current.

Significarunt nobis dilecti filii Abbas
& fratres Præmonstraten. quod
cum dilectus filius Hugo de Petraponte
Archidiaconus Laudun. in promotione
ipsius Abbatis palefridum ab eo obtenu-
cujusdam pravae consuetudinis exegi-
set, quia super hoc ei acquiescere recu-
savit, conversum quendam ipsius de equi-
tatura, cui insedebat, deponere, & eam
secum abducere per violentiam non ex-
pavit. Vnde nos eidem Archidiacono per
literas nostras mandavimus ut similia de
cetero non presumat, immo de hoc ipso
eidem Abbati satisfactionem exhibeat
competentem. Ideoque discretioni ve-
stre per apostolica scripta mandamus
quatenus, si dictus Archidiaconus ea quæ
præmissa sunt adimplere noluerit, tam
eum quam alios, qui pro benedicendis,
installandis, vel deducendis ad sedem
tam Abbatibus quam aliis ecclesiastis
personis palefridum vel aliud exige-
re vel extorquere præsumperint in po-
sterum vel haec tenus præsumperunt, nisi
ad commonitionem vestram à sua præ-
sumptione deliterint, & de perceptis
taliter satisfecerint competenter, ex-
communicationis censura appellatione
postposita percellatis, & sicut excom-
municatos faciat ab omnibus arctius
evitari. Quod si omnes, duo vestrum &c.
Datum Romæ &c. i v. Idus Maj.

Scriptum est autem ipsi Archidiacono su-
per hoc.

UNIVERSIS ARCHIEPISCOPI-
& Episcopis, in quorum parochiis grangiæ
Præmonstraten. ordinis sitæ sunt.

Si veri Christianæ religionis amato-
res & cultores esetis, religiosis vi-
ris in personis vel rebus nullam mole-
stiam inferretis, quorum potius tenemi-
ni gravaminibus obviare. Verum con-
querentibus dilectis filiis Abbate & fra-
tribus ordinis Præmonstraten. nostris
est auribus intimatum, quod licet in eo-
rum privilegiis inhibitum sit expresse,
ne quis Archiepiscopus vel Episcopus,
nisi in manifesta necessitate, in eorum
grangiis hospitetur, quidam vestrum in
singulis grangiis eorundem fratribus in
suis diocesibus constitutis procurations
exigunt annuatim: quæ si eis aliquando
forte negantur, ministri eorum de ani-
malibus eorundem fratribus prædas vio-
lenter abducunt, quas vel pignori obli-
gant, vel alienant omnino; nec fratri-
bus ipsis restituunt, donec pro requisita
procuratione certa pecunia persolvatur:
qui ut avaritiam suam & exactionem ex-
cusent, frivolas exigendæ procurationis
causas assignant, vel quod in grangiis ip-
sis decimæ colligantur, vel quod Cano-
nicæ qui parochiale Ecclesiam in vici-
nis locis obtainere noscuntur, aliquando
commonorantur in grangiis; vel quod in
eis claustrum fororum habetur; quæ potius
ex accessu vestro materiam dissolu-
tionis accipiunt, dum confabulantur
cum Clericis, & per officinas discurrunt,
quam doctrinam recipient salutarem.
Quia verò causæ hujusmodi frivolæ
sunt, nec earum occasione fratres ipsos
in exhibendis procurationibus credimus
esse cogendos; fraternitati vestre per
apostolica scripta mandamus, & distri-
cte præcipimus, quatenus fratres ipsos
contra indultam sibi à sede apostolica li-
bertatem nec in prædictis nec in aliis
aggravetis, nec exactions alias ipsis
imponere præsumatis. Alioquin non
poterimus sub dissimulatione transire
quoniam eorum indemnitati contra exactiones
vestras paterna sollicitudine consula-
mus. Datum Romæ &c. ut suprà.

Epi. 200.
Ne procuratio-
nis præcessu
contra apolo-
lica privilegia
Præmonstra-
tenes grava-
tur.